Talmudiſtæ de conjunctione Dei & Synagogæ interpretantur.

De anima Fidei, Tropologiſtæ.

De Jeſu Chriſto & Virgine Maria, Romani;

De Politia Germani, quæ Salomonis Tempore in pulcherrima pace floruit;

Galli Scriptum Dramaticum Regis Pacis, Jeſu Chriſti, cum Eccleſia ſponſa ſua, conſtituunt: & encomium ſpiritualis conjunctionis & auguſtiſſimæ deſponſationis, quam magnus Gentium Apoſtolus, τὸ μυστήριον μέγα, *Eph. 5. v. 32. vocat, ſtatuunt. In quo introducuntur colloquentes Sponſus, Sponſa & Amici & Amicæ, utriusq; huic connubio, &c.*

Qui Sapientiam humanam cognitionis finem habent; de Lapide benedicto illam intelligunt, omnium Sophorum encomiis decantato.

In hac enim ſolutionem graſſi in ſubtile, obſcuri in lucidum, humidi in ſiccum, volatilis in fixum, egregie & regie deſcribi arbitrantur.

Materiam & formam creatam à Deo per naturam. Cap. 1. v. 5. & 6.

Subjectum, v. 8.

Li-